Fragmentarium

feria V Palmarum
In Coena Domini

eiſ ut non grauetur ecc̄l'a. quo ueris
uiduiſ ſufficere poſſit. Cū ergo acce
piſſet bucellam exiuit continuo. erat
nox. et ipſe qui exiit erat nox. Cū g̊
exiſſet nox. ait ih̄s. nunc clarificatus
ē filiuſ hominis. Dies ergo diei eruc
tauit uerbū. id ē xp̄s diſcipuliſ fide
libus ut audierint eū et amarent ſe.
quando et nox nocti indicat ſcientiā.
Jd ē iudas. iudeiſ infidelib; ut ueni
rent ad eū. et apprehenderent per
ſequendo. Quid ergo ait dn̄s poſtea
quā iudas exiit ut citius faceret qd'
erat facturus hoc ē dn̄m tradíturus.
Quid ait dies. cū exiſſet nox. qđ ait
redēptor. cū exiſſet uenditor. nunc
inquit clarificatus ē filiuſ hominis.
Quare nunc nūquid quia exiit qui
tradat. quia imminent qui teneant
et occidant, ita ne nunc clarificat̊ ē
quia prope ē. ut amplius humiliter
quia iam impendet ut alligetur. ut
iudicetur. ut condēpnetur. ut irri
deatur. ut crucifigatur. ut interi
matur. Hec ē glorificatio, an potius
humiliatio. Nonne quando mira
cula faciebat. ait tamen de illo iſte
ioh̄s. ſp̄s non erat datus. quia ih̄s
nondū erat glorificatus. cū mortuó
ſuſcitaret. et nunc ē glorificatus.
cū mortuos ꝓpinquaret. Nondum
erat glorificatus faciens diuina.
et glorificatus ē paſſurus humana.
Nimirū ſi hoc ds̄ ille magiſter ſigni
ficabat et docebat hiſ uerbis. altius
ē ꝑſcrutandū altiſſimi dictū. qui ſe
aliquantum manifeſtat ut inuenia
mus. et iterū occultat ut inquiram̊.
et de inuentis et inueniendá. tāquā
paſſib; innitamur. Uideo hic aliqđ
quod prefiguret manū aliqđ. Exiit
iudas. et clarificatus ē ds̄. exiit fi
lius ꝑditionis. et clarificatus eſt
filius hominis. Jlle quippe exierat
ꝓpter quē dictū eiſ erat. et uos mun
di eſtis. ſed non om̄s. Exeunte itaq;
inmundo. om̄s mundi remanſert.
et cū ſuo mundatore. manſerunt.
Tale aliquid erit cū uictus a xp̄o tran
ſierit hic mundus. et nemo in ppl̄o
xp̄i remanebit inmundus. cū ziza
niiſ a triticis ſeparatiſ iuſti fulgebunt
ſicut ſol in regno patri ſui. Hoc futurū
preuidens dn̄s et nunc ſignificatum
eēt. conteſtans. Diſcedente iuda tāquā
zizaniis ſeparatis remanentib; tāquā
tritico ap̄lis ſc̄is. Nunc inquit clari
ficatus ē filius hominis. Tanquam
diceret. ecce in illa mea clarificatione
quod erit. ubi malorū nullus erit.
ubi bonorū nulluſ perit. Sic autē
non ē dictū nc̄ ſignificata ē clarifica
tio filii hominis. ſed dictū ē nc̄ clari
ficatus ē filius hominis quē admodū
non ē dictū. petra ſignificabat xp̄m.
ſed petra erat xp̄s. Nec dictū ē bonū
ſemen ſignificabat filios regni. addit
zizania ſignificant filios maligni.
Sed dictū ē bonū ſemen hi ſunt filii
regni. zizania autē filii maligni. Sic
ergo ſolet loqui ſcriptura. reſ ſignifi
cantes. tanquā illas quę ſignificant
appellans. ita locutus ē dn̄s dicens.
nunc clarificatus ē filius hominis.
poſtea quā ſeparato inde nequiſſimo.
et ſecū remanentib; ſc̄is ſignificata ē
clarificatio eius. quando ſeparatis
iniquis manebis in ęternitate cū ſc̄is.
Cū autē dixiſſet nunc clarificatus ē
filius hominis adiunxit. et dn̄s
clarificatus ē in eo. Jpſe ē enī clarifi
catio filii hominis. ut ds̄ clarificet
in eo. Si enī non ipſe in ſe ipſo. ſed ds̄
in illo clarificatus. tunc illū ds̄ cla
rificat. Deniq; tanquam iſta expo
nens adiungit et dicit. ſi ds̄ clarifi
catus ē in eo. et ds̄ clarificauit eum
in ſemetipſo. hoc ē. ſi ds̄ clarificat̊
ē in eo. quia non uenit facere uolun
tatem ſuā ſed uoluntatē eius qui mi
ſit eum. et ds̄ clarificauit eū in ſe
metipſo. ut natura humana in qua
ē filius hominis quę a uerbo ęterno
ſuſcepta ē etiā inmortali ęternitate
donetur. Et continuo inquit cla
rificauit eū. Reſurrectionē ſcilicet
ſuam non ſicut nr̄ām in finem ſcl̄i.
ſet continuo futura hac atteſtatione
predicens ipſa ē enī clarificatio de
qua euangeliſta iam dixerat. quod

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 291, f. 2v – Homiliary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-hxrw/8644/65866)